Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1159
Quelle:
Copyright:

ſcopis &c. *Vineam domini ſabaoth multiformes moliuntur beſtie demoliri* &c. Indictio eſt Concilii *Lateranenſis* IV. ab eodem *Innocentio* a. 1215. prout habetur una cum mox relata *Epiſtola Concc. Labb.* T. XIII. edit. *Venet. col.* 909. pariter ſectionem paſſa.

Adſcripta demum eſt brevis Disquiſitio de Peccatis et irroganda Poenitentia, quae incipit: *pro adulterio. fornicatione. periurio. homicidio manifeſto. debet iniungi Septennis penitentia* &c.

CCCCLXX.

U. 630 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 281. f. maj. per duas columnas anguſtas marginibus latiſſimis luculente exaratus, et coloribus illuſtratus eſt nobile Exemplar IV. *Librorum Sententiarum Petri* Ep. *Pariſini* a Patria dicti *Lombardi*, qui a. 1164. exceſſit, quanquam Librarius nomen ejus nuſpiam adnotaverit. Libri ſinguli *Diſtinctionum* Rubricas praeferunt, ut v. g. in Edit. *Lovan.* 1546. f. Itaque Liber I. orditur: *Omnis doctrina eſt de rebus uel ſignis.* &c. Textus vero ipſe a Prooemio: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate noſtra* &c. Atque hinc incipiunt Notae marginibus currente quidem, ſed ejusdem aevi calamo non parce adſcriptae, et toto Volumine productae. Ad totius Operis calcem, quod rite definit: *ad pedes usque via duce peruenit*, legas: *Secundum magiſtros pariſienſes Magiſter in ſententiis declinauit a communibus opinionibus Magiſtrorum*, et adferuntur Declinationes ſecundum omnes IV. Libros numero 30. Duplo igitur plures, quam Editionibus adjectae titulo: *In quibus Magiſter non tenetur*, reperiuntur.

CCCCLXXI.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 199. f. per duas columnas admodum eleganter perſcriptus, rubricis comtus, et prius *Monaſterij ſanctę Dorotheę Virginis in Wienna*, aliud eſt praecedentis Operis Exemplum perpetuis Notis marginum illuſtratum, in cujus Theca antica recenſentur ea, *In quibus magiſter Sententiarum non tenetur*, ſubjuncta hac Notula: *Anno 1153. Tempore fridrici Imperatoris ſub quo erat ſciſma. Qui eciam in Armenia in ripa ſubmerſus eſt, liber ſentenciarum compilatus eſt per petrum lombardum pariſius*, et Indice alphabetico; in poſtica vero legitur: *Emi a magiſtro Jo. Heſſe tunc vicario Epiſcopi Ratisb. pro 8. florenis ungaricis ſub partu Redempcionis Anno. Domini. 1438. Barbare virginis.* R. 2294

CCCCLXXII.

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 260. f. perelegante exaratus, minio pernotatus, et olim Coenobii *Gärſtenſis* O. S. B. ad *Styram* ſuper. *Auſtriae*, *Libros IV. Sententiarum Petri Lombardi* habet, quorum duo ſaltem prima folia ita exciderunt, ut nunc ini- R. 3284